

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Peticio k
cum fontibus proximo et primis

Honestius est rem negare quam longos terminos dare,

quia minus decipitur cui celeriter negatur;

unde res ad multam instanciam exhibita, cara uidetur emptione.

Cassiodorus in epistola.

Et alibi dixit,
“Honestius est rem negare quam longos terminos dare.”
Cave tamen si tibi forte non placet amico petita promittere,
ne propter verecundiam incidas in mandatum.
Dixit enim quidam philosophus,
“Verecundia negandi cave
ne tibi inferat necessitatem menciendi.”
Et nota quod minus decipitur cui celeriter negatur.

Albertanus Brixiensis, *De amore et dilectione Dei et proximi*,
2.18 (S.L. Hiltz ed., p.136).

Et alius dixit,
“Res ad multam instanciam exhibita, cara videtur emptione
quesita.”

Albertanus Brixiensis, *De amore et dilectione Dei et proximi*,
2.18 (S.L. Hiltz ed., p.138).

Alius:

Verecundia negandi cave ne inferat tibi necessitatem mentiendi,
quia honestius est rem negare quam longos terminos dare.

Petrus Alphonsus, *Disciplina clericalis* (A. Hilka &
W. Söderhjelm eds., p.11).

Minus decipitur, cui negatur celeriter.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 333 (G. Meyer ed., p.41, 1.25).

Et, quum viderit esse necessarium, maxime nobilibus et
probitate decoratis, et ubi perpenderit, suam opportunam esse
alicui largitatem, non debet exspectare petitoris instanciam.
Nam res cuiuscunque concessa petitione cara videtur emptione
quaesita.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1.6.149 (E. Trojel ed.,
pp.64-5).